



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CXLVIII. De Obsidione Civitatis Colmense.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

C A P. CXLVIII.

*De**Obsidione Civitatis Colmense.*

POsthæc venit exercitus Pruthenorum, & civitatem Colmensem obsedit. De quo Episcopus turbatus vocavit ad se Nobiles & feodotarios, injungens eis pro peccatis, ut exirent & diligentius explorarent numerum exercitus & valorem. Quibus euntibus occurserunt quidam Prutheni, cum quibus convenierunt in bello, & unum ex eis virum longissimum, qui plus quam ab humero & sursum omnes alios in longitudine excedebat, vulneraverunt, secum ad civitatem semivivum deducentes, pro cuius captione Capitaneus Pruthenorum turbatus ultra modum, promisit recedere ab obsidione, & nulli Christiano homini nocere, ut eis dictis Vir sic vulneratus redderetur hoc ex utraque parte factum fuit.

C A P. CXLIX.

*De**Morte plurium civium de Colmense.*

TEmpore messium venit exercitus Pruthenorum & XIII. diebus occultavit se in nemore circa locum, qui dicitur Vugel-sang; ita tamen quod singulis diebus pauci comparuerunt in campo, & cives de messibus fugaverunt. Tandem cum segetes essent maturæ, nec amplius sine damno possent stare, cives credentes exercitum recessisse, exierunt omnes ad messem, quo viro Prutheni cum magno & horribili insultu irruentes in eos, occiderunt viros, & mulieres, & parvulos, in captivitatem perpetuam deduxerunt.

H h 3

CAP.